Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



templa. et reuertens intra
res apostolorum tecta. Galli
canus. Rogas? Constan
tinus. Curiose. Gallicanus
Expono. Constantinus. Ex
opto. Gallicanus. Fateor
sacratissime imperator itu
rus ut obiecisti saccella
intraui. meque demoniis
et diis supplex commisi.
Constantinus. Hoc roma
nis antiquitus fuit in
more Gallicanus. Mala con
suetudo. Constantinus.
Pessima. Gallicanus. Quo
pacto tribuni cum suis
legionibus aduenere. me
que euntem undique secus
sepserere. Constantinus. Pon
poso ad modum apparatu
egrediebaris Gallicanus
Promouimus hostes impe
gimus. commisimus. uicti
sumus. Constantinus.
Romani uicti? Gallica
nus. Penitus. Constantinus.
O res dira. omnibusque seculis
inaudita. Gallicanus. Ego

quidem nefanda sacrifi
cia iteraui nec aderant qui
adiuuarent dii. sed inua
lescente congressione plu
rimi ex nostris interiere. Con
stantinus. Confundor audi
endo. Gallicanus. Tandem
tribuni me spreuerunt. ho
stibus se tradiderunt. Con
stantinus. Hostibus. Galli
canus. Ipsis. Constanti
nus. Ah. quid fecisti?
Gallicanus. Quid facerem
nisi fugam captarem?
Constantinus. Non. Gal
licanus. Etiam. Constan
tinus. Quantis angustiis
tunc urgebatur constan
tia tui pectoris. Galli
canus. Maximis. Con
stantinus. Et quomodo eua
sisti? Gallicanus. Mi fa
miliares socii iohannes
et paulus suaserunt mihi
uotum fecisse creatori.
Constantinus. Salubre.
Gallicanus. Experiebar ut
os ad uouendum aperui